



CONGREGATIO DE CULTU DIVINO
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 1011/04/L


VACIENSIS

Instante Excellentissimo ac Reverendissimo Domino Nicolao Beer, Episcopo Vacienti, litteris die 14 mensis maii anno 2007 datis, preces et vota cleri atque christifidelium expromente, Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum peculiarium eidem a Summo Pontifice BENEDICTO XVI tributarum, ecclesiam paroecialem Deo in honorem Beatae Mariae Virginis in caelum Assumptae dicatam in oppido vulgo dicto *Máriabesnyő*, intra fines supradictae Dioecesis, titulo et dignitate BASILICAE MINORIS omnibus cum iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus perlibenter exornat, servatis vero servandis, iuxta Decretum «*De Titulo Basilicae Minoris*» die 9 mensis novembris anno 1989 evulgatum.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 2 mensis maii anno 2008.


✠ Franciscus Card. ARINZE
Praefectus

+ 
✠ Albertus Malcolmus RANJITH
Archiepiscopus a Secretis